

heie ubivis ferè ex audiuntur, quæ tamen hic conglome-
rare limes calamo appositus vetat.

Thef. II.

Tandem cum palam sit denominari Rerumpp. for-
mas à parte potiori præ eminentique, stat sententia no-
bis; Imperium nostrum Romano-Germanicum ex pote-
state Imperatoris etiamnum præ eminenti esse Monarchi-
cum & Aristocraticè temperatum. Monarchicum re-
spectu Imperatoris Aristocraticum verò respectu Electo-
rum, Principum, reliquorumvè, qui administrant, Imperii
statuum. Non ut Aristocratia fortean prævaleat, sed ut
Monarchiæ lumen appareat clariùs præmineatque.

Thef. 12.

Nunc inviti rapimur de statu Reip. mixto, coronis-
dis loco adieere fragmenta. Dari enim hunc nullo mo-
dò, propugnant *Dan. Otto de Majest. Imper. & Imperat.*
cap. 2. Trim. 5. polit. quæst. 7. quorum Coryphæus denuò &
nobis contradictor eminet *Bodinus lib. 2. de Rep. cap. 1.*
*Hæc nostra conclusio, inquit, nullam unquam Rem-
publ. ex duabus multò minùs ex tribus speciebus consti-
tui, ac ne opinione quidem fingi posse.* Et quantum
ex ibi habito discursu assequor, statuit, gubernandi rati-
onem nonnullis perperam mixturæ specimen videri, verè
autem nequaquam esse. At sciat iste rationem Reip.
administrandæ cum jure Imperii confundendam minimè
esse, imprimis, cum in agnoscendis Rerumpp. formis non
administrandi modum sed jus tantum imperandi intue-
amur.

Thef. 13.

Imo si vel nos cum isto claudicare haud detrectare-
mus, ideò fortè convinceremur, quod mixtio hæc à statu
Polyarchico simplici in eo differat, quod in illa non sit
communicatio Majestatis jurium æqualis ut in Polyar-
chia sed proportionabiliter distributa vel solum restricta,
imò